operam nauent. Et tales quae plurimas exercitationes quaerunt. Sed quid ma-
iores viros nominatis? quid adducitis? quid appellatis? qui si vobis similes
extitissent vos hodie in postremis iaceretis si quales vos estis tales ~~et~~
ipsi fuerunt, indigni sunt qui nominentur sive alii vos indigni qui eos
nominetis. Videtis auditores quae litterarum studia domi floreant: quis
progressus quisue exiguus fructus colligatur, in publicis autem scholis quan-
ta vtilitates commodorum fructus ita tamen vt plerumque perfecti reinueni-
antur qui transmissi ad sua remearunt. Sed quid opus est remotis aut
ignotis probare exemplis nouis et domesticis posse, sed de singulis iam
nominatim disserere illorum prohibet modestia et temporis opportunitas
non concedit vt illos adducam quos in academiis operam dedidisse non
ignoramus atque tantum collegisse et reportauisse fructum, vt ad Coenobium re-
uersi statim vel professorum vel aliarum dignitatum munia subire coacti
fuerint. Ac animaduertite auditores quantum illorum possint sententiae
quantum valeant opiniones vbique eorum consilium admittitur, vbique recipitur
intelligite inquam vt ab illis quandoque omnis salus dependeat omnis vtilitas Monasterii
Sed vnde tales viri habentur nisi ex academiis vbi tales oriuntur nisi
in academiis hae tales parturiunt viros, quibus tota res omnis salus tam-
quam columnis et basibus sustentari possit. nec mirum cuiquam videri
debet quod doctiores euadant. enim vero quantum non exstimulantur